orbes quoꝝ prior est pri^m mobile. Isto rũ orbiũ nã est q oẽs mouenť excepto empireo qđ quietũ est. Nã vo elemẽtalis in q̃tuor spas principales distinguit.s. Ignis Aeris. Terre ꝛ aq̃ Spera ignis tria h3 interrestritia.s.supmũ.qđ vocatur igneũ ꝛ mediũ ꝛ isimũ. qđ vocatur olympiũ. Silr aer tria h3 iterrestritia. sc3 supmũ qđ vocať ethereũ.ꝛ mediu3 ac isimu3 qđ vocať aereu3.ꝛ in supmo est calor lux pp solis ꝓpinqtatem. Silr est in isimo.s.pp radioꝝ repcussione3 a terra.in medio ãt iterrestritio ad quod nõ ptingẽ pt repcussio radioꝝ est frigiditas ꝛ obscuritas in quo dñr habitare demones q detrusi sunt in hũc aerẽ caliginosu3.ibi ẽt fiunt tẽpestates tonitrua grando niues.ꝛ silia. Ex his collige septẽ orbes terrã ꝛ aquã ambiẽtes q oẽs pñt vocari celi.istos ãt excellit celũ trinitatis ipse deus q est in oib^9 ꝛ sup oia. Distãtia dictoꝝ orbiũ ꝛ plãetaꝝ hec ẽ. A terra vsq3 ad lunam sunt miliaria. 15625.h sũt stadia.1260. a luna vsq3 ad Mercuriũ sunt miliaria.7612.ꝛ semisse.a Mercurio vsq3 ad Venerẽ tñde3 A venere vsq3 ad Sole3 sũt.24433. A Sole vsq3 ad Martem sunt miliaria. 15625. A marte vsq3 ad iouem.6812. A ioue vsq3 ad Saturnu3 tñdẽ. A saturno vsq3 ad firmamentũ.24427. Ex his colligitur q a terra vsq3 ad celum stellarum sunt miliaria.19375.

¶ De natura celorum ꝛ supernoꝝ corporum. Cap. 4.

Celu3 est corpus puꝝ nã simplicissimũ essentia subtilissimũ incorruptibilitate solidissimũ q̃ntitate maximũ q̃litate lucidu3 diaphanitate pspicuum.mã purissimũ. figura spicũ.situ locali supmũ amplitudinem creaturaꝝ in se aliqrũ ꝯtériuũ.istę ꝓpetates tã celo ꝯuẽiũt empireo. q̃3 p^o mobili. S3 pri^m h ẽ celũ empireũ a motu ẽ extraneũ htõꝝ spirituũ. hitaculu3 spãlr sedes nũcupať. Celo ãt cristalio ꝯuẽit spãlr qđ est motu velocissimũ ad inferiora vtutis isluxiuũ. Eodẽ mõ dõ3 est de firmamento q plime sibi ꝯueniũt 3 ꝓpetatib^9 supradictis.ꝛ isup est aq̃z diuisiuũ ac stellis dcoratũ. corpa celestia diuidunť in lucẽtia.ꝛ nõ lucẽtia.ꝛ diaphana. Nã corp^9 lucẽs est sol q solus inter sidera lucet.s3 nõ lucẽtia su3 cetere stelle ꝛ plãete q̃ lumẽ suũ a sole mutuãt corpa vo diaphana sũt oẽs spe celestes. itẽ spe celestes cũ mouenť nõ mutãt locũ s3 moueť in locis suis.supiora isluũt in iferiora vtutẽ motiuã vegetatiua3. sensitiuã.ac oiu3 g̃iabiliũ ꝓductiuã.itẽ l3 careãt q̃litatibus elemẽtarib^9.nõ.n. sunt calida vl' frigida sicca vl' hũida.ñ nõ isluũt sup liberꝫ arbitriũ.nec hñt vim tẽ imutãdi hoĩs volũtatẽ.l3 hñ imutẽt atq3 disponãt cõplexione3 hoĩs aliqũ q volũtatẽ nõ hñt cogẽ sed magis ꝛ min^9 in diuersis hõĩb^9 iclinare. Opanť quoq3 corpa supiora distictiuã cognitionẽ dierũ v3 lumẽ solis ꝛ distictionẽ mẽsiũ ẽm lumẽ lune.ac distictionẽ ãnoꝝ ẽm motũ solis in aliq̃ circulo atq3 distõnẽ tporũ ẽm varioꝝ cursu3 plãetaꝝ distãtiã ꝛ cursũ ascẽsu3 ꝛ dscẽsu3 retrogradatõe3 ꝛ statũ. Circulus qdẽ est in spera iterseq̃ns eqnoctiũ q itersecať ab eodẽ i duas ptes eq̃les ꝛ vna medietas declinat v̾sus septẽtrionẽ.alia v̾sus austꝝ ꝛ dr ille circulus zodiac^9.a zo qđ est vita.na3 ẽm motũ planetaꝝ sub illa oĩs vita h reb^9 iferiorib^9 est. vel dr a zodias qđ est aĩal.q2 cũ diuidať in.12.ptes eq̃les.q̃libet ps appellať signũ.ꝛ h3 nomen spãle a noĩe aĩal' pp ꝓprietatẽ aliquã ꝯuenientẽ tã ipsi q̃3 aĩali. vl' pp dispõnẽ stellarũ sitaꝝ in illis ptib^9 ad modũ aĩal'. iste vo circulus dr latine signifer q2 fert signa vl' q2 diuidiť in ea. ab Aristo. vo in hoc de g̃iatiõe dr circulus obliqu^9 vbi

dicit q̄ s3 accessu3 ⁊ recessu3 sol' in obliquo circulo fiūt gn̄atiōes ⁊ corruptiōes in reb⁹. Noia vero signoꝝ. ⁊ ordīatio. ⁊ nūerus in his v̄sib⁹ notant. Sūt aries. thaurus. gemini cancer. leo virgo. Libraq3. scorpius. arcitenens. caper. amphora. piscis.

¶ De natura stellaꝝ in cōi. Cap. 5.

Stelle supme in firmamento figunt. ⁊ cū illo sp mouent. mā sūt purissime. figura sp̄ice. q̄ntitate magne. apparentia pue q̄litate lucide. radioꝝ diffusiue. reꝝ iferioꝝ gn̄atiue. a sole illuminationē receptiue. tenebraꝝ expulsiue. q̄to nox obscurior. tāto plus sui manifestatiue in p̄ntia solis sui lumi nis occultatiue. tēpestatis ⁊ serenitatis ꝓcitatiue. viaꝝ nauigātiū directiue q̄to soli ꝯiūctiores. tāto in cōi lucidiores s3 singule min⁹ apparētes. vt p3 in galinatia claritate q̄ntitate. differūt ac v̄tute. Galinatia est multitudo pua ꝝ stellaꝝ q̄si ꝯtiguaꝝ illi loco orbis vbi diffūdit lumē solis. Fit āt eclypsis cū se soli luna ꝯnectit. vt tenebras efficiat. Nota q̄ oēs stelle eclypsant. ⁊ h̄ vl' a seipis vl' a terra. vel a planetis. Planete eni dicunt q̄nq3 retrogradi. q̄nq3 ꝓgressiui q̄nq3 stationarij ꝑut eclypsis suis diuer simode mouent. Planete sūt sydera inter celū ⁊ terrā errātia. firmamēto ꝯ̄riu m cursum agēnta. cursu quē hn̄t ab influxu primi mobilis mouent directe. s3 cursu ꝓprio mouent obliq3 nō sintilāt. singuli suos colores ⁊ circulos hn̄t ⁊ in circulos alioꝝ īgrediūt ⁊ istoꝝ pticipāt q̄litate cū sole intrātes occultant. quāto terre ꝓpinquiores. tāto circulos habent minores q̄to sunt altiores. tanto cursus eoꝝ nālis vr̄ eē tardior. Corpa eoꝝ non sunt lucida. vel perspicua. sed opaca. Alioquin nō eclypsarent se inuicē. Motus primi mobilis. s. none spere ab oriēte in occidentē rediēs iterum in oriētē dr̄ rōnalis ad similitudinem motus rōnis in microcosmo qn̄ fit cōsideratio a creatore p creaturas rediēs in creatorē. ⁊ ibi sistēdo. Scd̄s mot⁹ firmamēti ⁊ planetaꝝ est huic ꝯ̄ri⁹ ab occidēte in oriētē rediēs in occidētē. q dr̄ irratiōalis. siue sensualis ad silr̄itudinē3 microcosmi q est a corruptibilibus ad creatorē. ⁊ iteꝝ rdiēs ad corruptibilia.

¶ De luce. Cap. 6.

Lux est vt ait ph̄s scd̄o de anima act⁹ lucidi. s3 qd̄ lucidū. vn̄ sciendū est q̄ lux est q̄litas actiua corpis luminosi. sic calor ignis. Lux quoq3 dat eē intētionale corporib⁹ vel colorib⁹ sicut itellectus agēs fantasmatib⁹ dat eē itellectuale. Ipsa est mediū deferēs oia q̄ a celo in nos descēdūt ipsa quoq3 mutuat corp⁹ nō lucēs a lucido. Ipsa est s̄m ph̄m celi purpura. maleficioꝝ inimica. nauigātiū directio oculus noctis facies omniū rerum. Lux vt ait Augu. rectu3 habet incessum vt nullo modo incedat p curuū. hec oibus reb⁹ ⁊ decorē tribuit ⁊ absq3 illa cuncta sunt ignota. ⁊ abscondita. motus. n. eius est subit⁹. q2 sine mora replet oia. Hec in superficie est corporis vmbrosi nō se p fundit nisi in corpore diaphano. vnde secūdū corporis grossitudinē vel subtilitatē magis ⁊ minus pticipat. lux eni3 sine sue diminutione vbiq3 se diffūdit. Ples ꝓprietates lucis habes infra de sole que illi cōueniūt inq̄ntū lucet. Sciēdu3 est q̄ lux vocat in corpe luminoso lux sed lumen ꝑut est cōicans alijs.

¶ De planetis in specie. Cap. 7.

Saturnus est a nobis remotissim⁹ frigidus ⁊ siccus. h̄ itelligas in effectu sicut in alijs plāetis. Ex vicinitate ei⁹ calor sol' remittit. Ex ꝯiūctōe ei⁹ cū Joue clar⁹ efficit. cū nāl'r sit palidus nociu⁹ est. Ipso dn̄ante tātā h3 virtutē vt si influat in iferiora fetus

nascit mortificat⁹ aut debilis. Plus no/ cet retrocedēdo q̄ꝫ pcedēdo. Morat in quolibet signo.30.mēsibus. exquo seq̄t q̄ cursuꝫ suū cōplet.s.30.ānis. Iupiter ē clarus. ⁊ q̄si ad istar lactis candidus in q̄litatibus est bñ tempatus. q̄ calidus ⁊ humidus. In supiori pte assidue tēpe rat maliciā saturni cū ascēderit in circu lū saturni.ꝓbit palorez:lꝫ sit clarus. In quolꝫ signū morat p annuꝫ:⁊ ita cōplet cursuꝫ suū i.12.ānis. Mars calidus ē ⁊ siccus:⁊ iō nociuus ex ꝓprietatib⁹ suis hoies icitat ad bellādū ⁊ interpositione veneris ⁊ Iouis ei⁹ nocuitas reprimit. Igneus appet ⁊ radiosus in quolibꝫ si/ gno morat.xl.dieb⁹. Sol dr̄ octies ma ior terra ſꝫ hꝫ ptolomeū est.c.lx. vicib⁹ maior terra calidus ⁊ lūinosus. eclipsiꝫ patit. cōis est oib⁹. nube celat solus p se lucet. qḋ nulli syderi magis cōpetit vñ ⁊ nomē accepit stellas illūinat. ⁊ tñ eas p suā pñtiam ab apparētia sui luminis ꝓuat. medi⁹ est planetaꝝ odiosus egris oculis. ſꝫ amabilis puris. tpa distinguit locis ī mūdis nō inqnat terrestria ꝯsoli/ dat. gelida resoluit. flores apit. fructus maturat corpa diaphana penetrat. nō regescit. visum retōdit. vapores eleuat hemisspia vicissiꝫ plustrat appropinq̄ns nobis estatē facit recedēs vō hyemeꝫ ef ficit. oculus est mūdi in quolꝫ signo mo rat.30.diebus.⁊.10.horis,cursum p an/ nū facit motu ꝓprio: ſꝫ dieꝫ pficit motu pmi mobilis. Venus ē lucidus calidus ⁊ hūidus malitiaꝫ. Martis tēpat sp cō/ mitat solē: ſꝫ cuꝫ pcedit dr̄ lucifer qñ se quit dr̄ vesp colorē hꝫ candentē ⁊ reful gētē electro sileꝫ. Inter sidera pl⁹ splē/ det cōplet cursuꝫ suū i.348.dieb⁹. Mer curi⁹ sp cū sole gradit. nūq̄ꝫ ab eo plus. 30.gradib⁹ distās. colorē hꝫ radiātē. ra/ ro pp vicinitatē solis cernit eloq̄ntia sb ipso ē aqs dr̄ dn̄ari. ⁊ pesse feminib⁹ cur sum cōplet.338.dieb⁹. Luna noctē illu/ minat lumē mutuat. augmētū patit. ⁊ detrimētū. Infima ē iter planetas ecly psim patit: ⁊ efficit maculas hꝫ ꝓpꝯiun ctiōeꝫ eius quā cū iferioribus hꝫ.s.cum terra. Itē corniculata iterdū appet ex eo q̄ ps ei⁹ illumiata a nobis abscōdit. Itē regina celi appellat: q̄ sol tāq̄ꝫ me dius planetaꝝ pticipat ꝓprietates oīuꝫ ⁊ eas ad lunā cū lumine suo trāsmittit. Ipsa.n. luna q̄cunq̄ꝫ a sole sicut recipit influit. Unde q̄ p eam tali mō virtutes planetaꝝ recipimus merito. Regia ce li vocat. Ḣis visis pꝫ q̄ qñ luna prima icendit optimū est semina iacere: q̄ tūc vtutes planetaꝝ q̄s in inferiorib⁹ influit colligit frigida est ⁊ hūida. solē pcedēs minuit. ſꝫ seq̄ns crescit: ⁊ ab eo elongat accessus ⁊ recessus maris p eam cātur. Signa aūt zodiaci quolꝫ mēse pcurrit.

¶ De natura elementoꝝ. Cap. 8.

Ignis ꝯsumit ⁊ iterminat in sili tudinē suā sibi appropinquātia ꝯuertit. motū facit de cētro ad circūferētiā ardet ⁊ lucet in mā aliena: ſꝫ nō in sua spa. Inferiora reducit ad su piora. q̄ resoluit terrea i aquosa. aquo sa in aera. aera in se. Mollificat dura ⁊ idurat. mollia subtiliat. vt pꝫ in resolu tiōe glaciei ⁊ ꝯdēsat. lutū depurat vt ru biginē in auro. ⁊ corrūpit sicut ea q̄ ꝯsu mit frigefaciat p accñs. vt pꝫ in aceto. est ⁊ penetratiu⁹. cōicatiuus ⁊ diuisiu⁹. Itē ignis in spa sua nō lucet: q̄ cōpact⁹ nō est. Nullū.n. corp⁹ dyaphanū lucet: ſꝫ potius est illuminabile. Si ēt ignis in spera cōpactus esse eclypsaret oēs stel/ las que supra ipm sunt. Ignis vō hic lu cet apud nos pp materiā coadunatā in qua est. hoc pꝫ: q̄ vna cādela alteri op/ posita vmbrā facit. Aer subtilis mobi lis pspicuus per inspirationem ⁊ respi/ rationem. Caloris cordis tēperatiuus decoratur volatilibus. locus impressio num. mansio spūum dānatoꝝ. est ⁊ alte

rabilis. leuis atq3 rarus. non lucet sicut
nec aliqd corpus dyaphanũ. s3 ẽ illumi/
nabilis. Aq̃ sup celos eleuaf. piscibus
decoraf. tẽpestatibus subijcif. oẽs fon/
tes ꝛ flumina ad mare ꝯtinuanf. ad locũ
vñ venerũt reuertunf. Aeri p̱bet aq̃ in
formatiõe3 volatiliũ ornamẽtũ ꝛ vege/
tabilibus nutrimẽtũ. ꝛ optie est termia
bilis termio alieno. s3 mĩne termio p̱/
p̱rio. Aq̃ corpus ẽ dyaphanũ oib⁹ cõis
in cristalũ ꝯgelaf. iridẽ in nubibus cau/
sat. sordes purgat. hortos irrigat. febri/
citãtes sua frigiditate ꝛ humiditate de/
lectat naues vehit. lumẽ recipit. ad suũ
p̱ncipium recurrit. loca vacua subijcit.
lapides cauat. ignẽ extinguit. ꝛ oli3 mũ
dum purgauit. In mari rubeo pp̱lo. di
cessit de latere xp̄i fluxit. hanc xp̄s in vi
nũ mutauit. ac de ipa baptismi mã3 or/
dinauit. Terra iter alia elemẽta est infi
ma. nigra. magis despecta. ponderosa.
rotũda elemẽtis alijs circũdata. inr̃ fru
ctuũ radix plãtaꝝ. nutrix aialium edifi
cioꝝ fundamentũ. mortuoꝝ receptacu
lũ. inachīe mũdialis cẽtꝝ. ꝯcludit in se
īfernũ. frigida: sicca: opaca corpis hũa/
ni mã. Seruat metalla cẽtro. motũ cẽ
trũ ex vaporib⁹ suis ꝯcutif. inclusis her
bis ꝛ florib⁹ albet ꝛ decoraf ꝯ ea3 motu
circulari celum cũ syderibus voluif ab
hoibus ꝛ iumẽtis calcaf. hoꝝ terre q̃dã
competunt ƀm esse suũ: quedã ƀm situ:
quedam ƀm contemptum: quedam ƀ3
ornatum: quedam ƀm vtilitatem.

¶ De impressionibus aeris. Cap. 9.

C Ometes l3 appareat q̃si stella.
nõ est tñ aliud q̃3 vapor inflãma
tus a vicinitate ignis. Hic co/
mas luminis fũdit. ꝛ dr̃ signare mutatio/
nẽ regñ: aut bella: aut pestilẽtias. Coro
na ẽ albus circulus. q q̃nq3 appet circa
solẽ vel lunã: aut stellas alias. ꝛ causaf
ex reliqijs nubiũ p planetaꝝ radios at/
tractis ꝛ illuminatis. talis ẽt circulus fi
gura ẽ serenitatis. Assub duplex ẽ ascẽ
dens. s. ꝛ descẽdens. ascendens fit ex va
porib⁹ īflãmatis in supmo aeris. ꝛ videt
ascẽdere sicut si euolarẽt fintille de for/
nace. Assub vo descendens est ignis re/
tentus in nube. q tñ expellif obuiante
nube frigida. ꝛ edit ꝯtinue pp qd̃ videt
q stella cadens sit lõga. qr reliqt ei⁹ ve/
stigia post se. Nubes fiũt qñ a virtute so
lis extrahunt humores seu vapores de
aqs a paludibus. ꝛ locis humidis ꝛ fe/
runf sursum. Nebula est id qd̃ ex nubi/
bus aquã pluentibus relinqtur. ꝛ iõ ne
bula ƀ3 Arist. signũ est serenitatis. Ca
ligo ẽ vapor tenebrosus: que vulgo ap/
pellaf nebula. Iste vapor non eleuaf:
s3 p̱usq3 ꝯuertaf in nubes: vel in pluuiã
deprimif. ꝛ remanet iuxta terram. Ros
est id qd̃ descẽdit ex vapore paruo. ꝛ in
descẽsu suo tardaf in paruis minucijs.
Pluuia est aqua descendens ex nubib⁹
resolutis. velocitatẽ hũs sue descensio/
nis. ꝛ hoc guttatim. Pruina ex vapore
rorido que ꝯgelaf antequã ex ipso resol
uaf aqua. Nix generaf in nube calidissi
ma. cuius ꝯgelatio simul fit cum ꝯuer/
sione in aquã: ꝛ ideo partes eius non in
spissanf. Grãdo generatur ex nube cali
dissima. vtute solis multũ eleuata. que
postq3 in aquã resoluif. tunc demum in
medio iterristricio ꝯgelatur. Tonitruũ
est sonus vaporis sicci egrediẽtis de nu
be hũida. vł in nube frigida ꝛ humida.
ꝛ scindit qcq̃d inuenit. Iris est lumẽ so
lis receptũ ĩ nube ꝯcaua ꝛ aquosa ac so
li ex aduerso opposita. Glacies ẽ aqua
ꝯgelata. Uẽtus est vapor terreus supe/
riora trãscendẽs. ꝛ aerẽ fortiter ꝑcutiẽ/
do impellens. Uenti sunt quatuor p̱nci
pales. s. subsolan⁹ ab oriente tempatus
habens a dextris vulturnũ desiccantẽ.
ꝛ a sinistris eurũ nubes giiante3. Item
a meridie ẽ auster calidus qui flumina
gignit ꝛ pluuias largas. hẽns a dextris

affricum.calm̄.⁊ a sinistris notbuꝫ tpa/ tum q̄dē:sed pestilētias inducentē.Itē a septētrione est aqlo frigidus hn̄s a de xtris grecū niues facientem ⁊ grādines a sinistris boreā nubes ꝯstringenteꝫ.ac pluuias ꝓhibentē.Itē est Zephirus flo res ꝓducens hn̄s a dextris circiuꝫ tem/ pestates.ac pluuias ⁊ tonitrua generā/ tem a sinistris fauoniū in oriēte nubila. ſꝫ in meridie serena faciēteꝫ.Turbo est vētus egrediēs de nube in seipꝫ.⁊ egre/ diens.vl̄ duo vēti lateraliter sibi occur rentes seseq̄ꝫ iuxta terrā orbiculariter inuoluētes.Terremotus est vapor grof/ sissimus extractus de ꝓfundo terre non potens exire pp̄ supficiem terre.⁊ illius soliditatem sicq̄ꝫ coartatus in interiori bus concauitatibus terram concutit.

¶De tempore. Cap. 10.

Tempus est mēsura motus ꝓmi mobilis ⁊ hoc pꝫ q꞉ hic est tp̄s ⁊ nō in celo ſm suā sn̄bam. q꞉ hic mutanť oia ⁊ nō ibi.hic est.n.nūc hyēs nunc estas.nūc pax.nūc discordia. nūc tranqlitas nunc tēpestas.Mutabilitas rex ondiť in hoc ꝙ ea que ꝑcipue mun/ dus amplectiť.i.sapia ⁊ potētia in oriē te cepunt.⁊ terrā habitabilē ꝑcurrerūt vsq̄ꝫ ad occidentē.in signū ꝙ oia tēdūt ad occasuꝫ.Nā studiū sapie cepit in egy pto.postea fuit in grecia post h̄ Rome. deīde in frācia.⁊ in anglia. Silr̄ regna prio fuerūt in oriēte.post in grecia.post apud romanos.nunc ptās impīj residet in Germania. Propterea.Jacob⁹ cō/ parat vitā nr̄am.⁊ hec mutabilia vapo ri.Salomō somno.Isa.baculo harūdi neo.⁊ liber regum aq̄ dilabēti.Dr̄ia est inter tp̄s.⁊ euū.⁊ eternitatē.Nā tp̄s hꝫ ꝓncipiū ⁊ finem.Euū caret fine. ſꝫ non ꝓncipio.Eternitas caret vtroq̄ꝫ termi/ no q꞉ ē mēsura iterminata.Iste sūt eta tes mūdi.Prīa est ab Adā vsq̄ꝫ Noe. hn̄s iuxta hebreos ānos.1656.ſꝫ ſꝫ.72. iterp̄tes hn̄t.2242.Scd̄a a Noe vsq̄ꝫ ad Abraā hn̄s ſm hebreos annos.292.sed ſꝫ.72.1072.Tertia ē ab Abraā vsq̄ꝫ ad Dauid.hn̄s annos ſm hebreos.972.ſꝫ ſꝫ.72.1130.Quarta ē a Dauid vsq̄ꝫ ad trāsinigrationē Babilonis.hn̄s annos ſm hebreos.473.ſꝫ ſm.72.485.Qnita est a trāsinigratiōe Babilonis vsq̄ꝫ ad xp̄m.hēns annos ſm hebreos.585. sed ſm.72.578.Igiť ab exordio mūdi vsq̄ꝫ ad xp̄m ſꝫ hebreos hēmus ānos.3952. ſꝫ ſm Hieronymū est hec cōputatio ſꝫ ꝯ.72.quos greci sequunť.5508.Euse bius aūt.quē Horosius secutus est iter vtrosq̄ꝫ incedēs numerat annos.5198. q̄s pene oēs latini sequunť.Sexta etas est a xp̄o vsq̄ꝫ ad finē mūdi. Septīa est qescētium.⁊ ꝯcurrit cū sexta.Octaua est resurgētium.Porro ſm hebreos in ꝓma etate sunt gīationes.10.In 2ª.10. In 3ª.14.In 4ª.17.q̄s tn̄. Marh.gr̄a mysterīj.13.ponit.In ca.13.Etates ho/ minis sunt iste.ſ.Prīa est īfantia a nati uitate vsq̄ꝫ ad.7.annos.2ª est pueritia vsq̄ꝫ ad.14.annos.3ª est adolescentia.a 15ª āno vsq̄ꝫ ad.28.4ª est iuuētus a.28. vsq̄ꝫ ad.49.5ª est senect⁹ a.50. vsq̄ꝫ ad 78.6ª est decrepitas ab āno.79.quousq̄ꝫ vita finitur. Dignitas dn̄ici diei notať in hoc ꝙ fuit ꝓma diez.Iteꝫ vt dicitur erit vltima dies.Itē nox illā non ꝑces/ sit.Itē nox illi nō successit.Item celū ⁊ terra in ea sūt creata.Itē angelus in ea ꝯuersus est ad deū.Iteꝫ ꝓmo data sunt in ea filijs Israel mādata. vt dic̄ Orige nes.Item in ea xp̄s natus est.item xp̄s in ea surrexit.iteꝫ in ea sp̄us sanctus da/ tus est apostolis.item oēs in ea resurge mus atq̄ꝫ iudicabimur.item in ea cōti/ nuandū est perpetuo in laude dei.

¶De angelis in communi. Cap.11.

Angelus est ſꝫ Damascenū sub stantia itellectualis semp mobi lis arbitrio libera icorporea do

ministrãs. Imortalitatẽ suscipiẽs hꝫ gratiã nõ nãm. Substãtia ponit in hac diffinitione p gñe ⁊ ponit hoc ad drñã accidẽtis. Intelligit ẽt substãtia qualitercũ qꝫ cõposita ex eo ꝙ est ⁊ quo est. Intellectualis dr potiusqꝫ rõnalis quia rõ est virt' collatiua cause ⁊ causati. ⁊ iõ composita. vt oĩs homo est aĩal for. ⁊c̃. Syllogism' nihil aliud est qꝫ discursus a cã in causatũ. Intellect' est de rõne sui nec cõpositionẽ hꝫ ⁊ collationẽ. sed est sine inqsitiõe ⁊ cõpositione ⁊ iõ cõpetit nãe magis simplici ꝓpriã. vt est angelus. Ratio autẽ differẽtia est nature minus simplicis. s. hoĩs semp mobilis. non dico de loco ad locuꝫ sꝫ mobilitas dicit h̃ triplicẽ mobilitatẽ in angelo. s. nature intelligẽtie ⁊ volũtatis. Mobilitatem enĩ hꝫ nature. qꝛ oẽ creatuꝫ vertibile est in nihilũ nisi manu oĩpotẽtie diuine cõtineat. Mobilitatẽ intelligentie hꝫ. qꝛ lꝫ in angelo nõ sit vicissitudo ĩtelligẽtie. qo ad scita in v̓bo. cũ deformiẽ habeat intellectũ ꝫm Dionysiũ. põt tñ in eo eẽ vicissitudo ĩtelligẽtie quo ad cognitionẽ rez in ꝓpria nã. ⁊ quo ad discẽda ⁊ hoc est qđ dicit Aug. ꝙ oẽ creatuꝫ habẽs ĩtellectũ intelligit vnũ post aliđ. itẽ in volũtate mobilis est angelus. qa nõ simul vult hoc ⁊ illud. item põt dici mobilis motu dilectionis. Arbitrio libera. hoc nõ dr pp deflexionẽ ad bonũ indifferẽter. ⁊ ad malũ. sed pp liberam electionẽ eoꝝ que voluerit. vnde bon' angelus semp eligit libere bonuꝫ. ⁊ angelus malus libere ⁊ sine coactione eligit malũ. incorporea substãtia dr. qꝛ angelus hꝫ ꝓprietatẽ corporis. nõ nãm. s. in loco cõtineri. Cũ enim corpus sit in loco circũscriptiue ⁊ diffinitiue. angelus tñ est diffinitiue in loco. Deo ministrãs. Ministeriũ hic ponit pro quocũqꝫ obsequo. ⁊ ꝫm hunc modũ tã assistentes qꝫ administrãtes qꝫ ẽt demones ministrant. immortalitatẽ suscipiens ꝫm gratiã. nõ nãm qꝛ rediret in nihilũ. nisi per gratiã cõseruationis detineret. Angelo attribuunt quatuor. s. essentie subtilitas intellectus perspicacitas. liberi arbitrij facultas. discretio personalis. in primis tribus cõuenit aĩa cum angelo. in 4° nõ. qꝛ aĩa nõ est psona. hꝫ etiã alia tria angelus. s. virtuositatẽ in operãdo officiositatẽ in ministrãdo ĩmutabilitatẽ post electionẽ siue in bono siue in malo. Differentie quatuor assignantur inter angelũ ⁊ animã. Prima ⁊ principalis est penes esse nãle qꝛ anima est vnibilis corpori. ẽt actu separata. angelus nõ. 2° est penes esse logicuꝫ. idest diffinitionẽ. qꝛ aĩa rõnalis est. sꝫ angelus ĩtellectualis. Aĩa enĩ apprehendit inqrendo ⁊ ꝓferẽdo. angelus v̓o intuendo. tertia est penes esse metaphysicuꝫ. idest separatũ a mã. ⁊ a motu. qꝛ angelus nõ hꝫ passibilitatẽ. nisi respectu superiorũ. aĩa vero respectu inferiorũ. qꝛ immutat a sensibilibus. q̃rta est penes esse theologicũ. qꝛ anima vertibilis est a bono in malum ⁊ ecõtrario. angelus v̓o nõ. qꝛ manet in eo ad qđ se cõuertit. siue bonũ sit. siue malũ. Angeli enĩ sũt oẽs siles in eo ꝙ ĩmortales. ĩuisibiles. ĩdissolubiles simplices. discreti psonis incõmutabiles. incõmunicabiles sunt alteri nãe. sed dissiles sunt in donis gratie ⁊ nature. Preterea dicit Dionysi. ꝙ in omni nã spirituali creata. aliđ est ẽentia. aliud est virt' aliud est opatio.

¶ De distinctiõe celestium hierarchiarum. Cap. 12.

Ierarchia triplex est. scilꝫ supcelestis. celestis. ⁊ sub celestis. b supcelestis est in tribus psonis. vt quidã dixerũt. ⁊ male. qꝛ ꝫm Dionysiũ. hierarchia dicit ordinẽ. ⁊ ille absolute nõ est in trib' psonis. sꝫ tantũmodo ordo nature celestis ẽ in ordinib' ange

lis. Subceleftis in bolbus fcis. Porro bierarchia celeftis diuidif i fupiorē mediā ꝛ iferiorē. Supior ptinet tres ordines.f. cherubin.feraphin.ꝛ thronos. q̄rū pmi ɔfiderāt dei bōitatē. fcōi dei veritatē: tertij dei eqtatē. itē in primis ds amat vt charitas. in fcōis nofcit vt ditas. In tertijs fedet. vt eqtas. Media ptinet dñatiōes.pncipat⁹.ꝛ ptātes. quorū primi regūt officia angeloꝝ fequētes capitib⁹ ɔfunt populoꝝ. Ultimi ptātes coercēt demonū. itē in primis de⁹ dñaf. vt maieftas. in fequētib⁹ regit vt princi pat⁹. in vltimis tuef. vt falus. Inferior bierarchia fiſr ɔtiet tres ordines.f. virtutes. archāgelos angelos. ad quoꝝ pores ptiet miraculoꝝ opatio. Ad fcōos maioꝝ negocioꝝ dñūciatio. Ad tertios būane cuftodie folicitudo. In primis ds opaf vt virt⁹. In fcōis de⁹ reuelat. vt lux. In tertijs mittit. vt ifpirans. Hec dicta funt ƀ3 bnī Gre. ꝛ fm Ber. f3 ƀ3 Dio. Uirtutes funt. medius ordo fcōe bierarchie ꝛ pncipat⁹ ꝛ prim⁹ ordo tertie bierarchie. Hic attēdendū ꝙ in qlibet triū bierarchiaꝝ pmiffaꝝ notatur trinitas diuiaꝝ pfonaꝝ vt p3 in celefti bierarchia tā fupiori. ꝙ media ꝙ ēt iferiori.

¶ De ɔprietatib⁹ angeloꝝ. Cap. 13.

Angeli ƀ3 Ifidoꝝ. fūt fpūali fba facti añ oēs creaturā creati. nā mutabiles cōditi. f3 cōtēplatione imutabiles facti. alio ipaffibiles: mēte rōnales. felicitate fecuri. futuroꝝ pre fcij. iuffi mundū regunt. miffi corpa aerea fumūt. in celeftib⁹ cōmoranf Ber. de eodē. Inueftigemus iueftigabilia. ꝛ primo fpūs effe potētes. gloriofos. beatos. diftinctos in perfonis. difpofitos in dignitate. ab initio ftātes in ordine fuo. pfectos in genere fuo. imortalitate perpetuos mēte puros. affectu benignos. religione pios. vnanimitate indiuifos pace fecuros: diuinis laudib⁹ ꝛ obfequijs deditos. Itē fm Ber. In angelis eft dignitas creationis. grā ɔfirmationis. amor creatoris. vifio diuinitatis eft ēt in angelo p oīa. ficut fupradictū eft eēntie fubtilitas. itelligētie pfpicacitas. liberi arbitrij facultas. agilitatis velocitas. ppter oēs obediūt. maiores fine elatiōe pfunt. minores fine vitio fbfunt qui ad exteriora exeūt. ab interiori contēplatiōe nō recedunt. oēm veritatē inferioꝝ fupiores pticipant non econtra. Qui excellunt in nā precediūt in gratia ꝛ gloria. In eodē ordine alij effe alijs digniores duplicē būt vifionē. f. matutinā ꝛ vefpertinā. Illuminationes quas a fupioribus recipiunt alijs tribuunt.

¶ De ɔprietatibus ꝛ officijs fingulorum ordinum. Cap. 14.

Proprium eft feraphin in amore ardere. ꝛ alios ad incendiū diuini amoris ɔmouere. ꝛ in deū ordinare. formā dili gēdi tribuere. Ifti imediate deo iungunf. ꝛ ideo purius ꝛ fanctius in ipfos operātes theophanie deferunf ad aliud quoq3 extra amatum nō diuertūt. Cherubin quoq3 primo ꝛ principalr relucent diuini luminis radio pro eo ꝙ vicinius diuine ꝛ pure veritati iungunf. Hoꝝ offīn eft ɔmouere boles ad diuinā cognitionē. ideo dicuntur pre ceteris lucere. qꝛ plenitudinē luminis quā fufcipiūt alijs inferiorib⁹ cōicando trāffundūt. Throni dicunf eo ꝙ in eis dñs fedet ꝛ iudicia fua per eos determinat. In bis ergo pcipue relucet rectitudo diuini iudicij. Hi quādoq3 ditatē dei quā fupra fe accipiūt ad iferiores trāffundunt. Dñationes dūr eo ꝙ ceteris angelis domināf ꝛ ab omni oppreffione funt liberi. ꝛ nulli iferiori fbijciunf. Hoꝝ offīn fm Greg. eft in bello fpūali inftruere qlīter oporteat ꝑlationis offīn exercere. ꝛ qualiter debeat fbditis dñari. Hoꝝ offīn eft ƀ3 Diony. ti

more seruili deposito in deū moueri. et icessanter ei famulari. Principat' fidi tis angelis psunt. et eos ad ministerium diuinū explēdū disponūt. Ad hos perti net sm Dio. vniuersale regimen vnius regni et gentis ducere ad dei similitudi/ nē. Misteriū quoqz eorū est sz Gre. do cere boies. exhibere reuerentiā vnicui qz sm gradū suū. Horū etiā offiū est p/ mouere boies. vt nō pp vtilitatē ppriā sed pp soli' dei amorē et honorē faciant iusticiā. Potestatib' sm Isido. Uirtu/ tes aduerse subiecte sūt ne mūdo tātuz noceāt qtū cupiūt. Horū offiū sz Gre. est illos q in spūali certamine desudant cōfortare et ne spūale regnū amittant de fendē. Et sm Dio. ad ipsos spectat an gelos iferiores qtū possibile diuine po tētie cōformare. Uirtutes sunt ifatiga biles ad executionē faciēdorū et robusti ad pceptionē munerū. Horū offiū est sz dionysiū docere plātos vt facile et perse uerāter que ad offiū plationis pertinēt exequanf. et spūalia onera substineāt pa tiēter. Itē p istos miracula fiunt. et vir tutes faciēdi mirabilia pfectis pcedūt. Archāgeli summi nūcij nuncupanf. et summa nūciant. Horū offiū est sz Gre go. de his que ptinent ad pmotionez fi/ dei. vt de natiuitate xpi. et d factis eius boies expedire. et demones ab boībus remouere et sz dionysiū pphetias reue/ lare. Isti illuminationes qs a superiori bus suscipiūt iferioribus anūciat. et per eosdē nobis. Angeli sunt in celesti di/ spositiōe vltimi et boībus magis ppinq. Angelus nomen est officij. nō nature. Isti minora nūciant et boies ad diuinā cognitionē ducūt et vt iuste viuāt istru/ unt. Hi se sursum extēdūt p dilectionē dei. et in semetipsis firmanf p custodiaz sui ac sub se pgrediūtur ad auxiliū pxi/ mi. Hos aūt assimilari debem' seraphī per charitatē. cherubī per cognitionē. thronis per eqtatē. dñationibus carnē spūi subiugādo. pncipatibus reuerētiā maioribus exhibēdo. potestatib' tenta tionib' diabolicis resistendo. Itez debe mus assimilari virtutibus per cōpassio nem. archangelis per istructionē ange lis per obsequij exhibitionem.

¶ De cognitiōe et motu angelorū. ca. 15

Angeli cognitionē hūt matuti/ nā. hoc est cognitionē rerum in vbo. Itē vespertinā. i. cognitio nē rerū in se. itē meridianā. i. aptā dei vi sionē. Est et alia cognitio angelica put maiores indicāt minorib' que p diuinas theophenias pceperūt. Theophenia ve ro est ostēsio alicui' cognoscibil' de deo per illuminationē de deo venientē. et hō pōt eē vel in simbol' vel facie ad faciez. Nota q angelus in cognitōe rerū in p/ pria nā cognoscit plura simul habitu. nō actu. Circa icarnationē et passionez xpi sciuerūt angeli sbam facti. sz nō oēs circūstātias vt qre vl quō. Preterea q cūqz angeli cognoscūt. noscunt remota sicut ppinq. qz cognitio eorū nō per sen/ sum: sed p itellectū est. Stat' angeli tri/ plex est. s. inocētie. gre. et glie. distiguit mot' angelorū tripl' sm dio. circularis rect' et obliqu'. Circularis est ab eodē in idē. et ꝯ idē cētrū imobilē. hūc motū hūt angeli q imediate recipiūt illumia tiōes a do. et p illas reuertūf ad deū. istō āt ꝯuēit supiori hierarchie tm. itē motu recto mouēf qū pcedūt ad puidentiaz sbiectorū recte oia trāseūtes: et ibi nō re uertūf ab eodē in deū: sz d vno ad aliō. itē est i angel mot' obliqu' qū cognitio nē iferiorū qb' puident reflectūt in deū pm̄o et finē pulchri et boni. Nota drīā in ter assistere et mīstrare: qz assistē ē faciē ctēplari. sic assistūt oēs boni angeli. itē assistē est imediate recipe illuminatiōes a deo. sic assistūt tm tres pmi ordies. itē assistere ē appropinqre deo et extraneū

ẽe ab exterius missiõe. sic assistũt qua// tuor pmi ordines. Ministrare vero est nũciare pro tpis opportunitate. vel opa ri ẽm officii. est. n. ministrare nũcij vel officij. Erratũ est circa motũ angelorũ tribus modis. Dicebãt enim qdam phi q angeli nunq̃ mouent: sed mouent spe// ras. et per eas voluntates hoium. Itẽ di xerũt qdam alij q angelus sit in pluri// bus locis. et ẽt vbicũq̃ si voluerit. Item dixerunt alij q angelus sic venit de fine spacij q non trãsit media. sed transilijt: Illud quoq̃ pretermittendũ non est q vnusqsq̃ ordo ab eo denominatur q respectu inferiorũ ordinum aliquid ex cellentius accepit in munere.

¶ De platiõe angelorũ. Cap. 16.

Presunt quidam angeli regioni bus. vt dr Danielis .7. Princeps grecorũ et pnceps psarũ et c. Quidã vero presunt ecclesijs. Apoc. 2. Angelo ephesi ecclie scribe. Itẽ alij psunt psonis. Actuũ. 12. Angelus petri credebatur ad hostiũ stare. qdam ẽt spũs maligni dicunt vitijs preesse. vñ vocat aliquis spũs superbie. et luxurie et hmõi. Que aũt prelationes pmaneãt. vel que cessent post hãc vitam. Sciendum est q hierarchie sp stabunt quãtũ ad instã// tiã beatitudinis. et q̃tũ ad gradũ digni// tatis. et nobilitatẽ doni gratuiti ac natu// re. Cessabũt platiões ãgelice ad homi// nes et ad ãgelos quo ad actũ regiminis ẽm gubernationẽ mũdi. et electorũ viã ad patriã. Prelatio aũt i demonibus quo ad offiñ insultãdi et irridẽdi. et ẽm q vnus puocat alterũ in malitia. et h nõ destrue// tur. ps. Supbia eorũ qui te oderũt ascẽ// dit semp. nec destruetur quo ad malitiã et naturã. Cessabũt ãt eorũ platiões quo ad offiñ tẽtãdi eos q sunt invia. in hoibus etiã plationes euacuabunt. q nõ erunt decani cẽturiones cyliarche. et hmõi. in creaturis similiter cessabunt prelatio// nes. quia superiora non mouebunt tũc inferiora sicut modo.

¶ De ɔfirmatiõe angelorũ. Cap. 17.

Confirmationẽ hз angelus ex tri// bus. s. ex nã. grã. et glia. Ex nã: q nã spũalis semel tñ vertibi// lis est. vl in bonum. vel in malũ nisi ex vniõe vnius cũ altero. sic pз in aĩa. q dũ est in corpe pt mutari sepius de bono in malũ. et ɔ soluta vero nõ. Huius ãt rõ est q nã spũalis pp suam simplicitatẽ se to tã ɔuertit ad id qd eligit. qd nõ facit nã vnita. q hẽt corpus retrahẽs. Ex grã silr hẽt ɔfirmationẽ. q si aliqd ɔnectit sta// bili eterno vinculo ppetuo illa ɔnexio sem per manet. Sic ãgeli colligati sunt sta// bili eterno. s. dĩo vinculo idissolubili. s. cari tatis. Apo. Caritas nũq̃ excidit. Ex glia q̃ hñt eã. q cũ habeat gliaз q est fora ɔplectiua ãgelici dsiderij. ñ vagant extra ipз. vt querãt qcq̃ illo melius vl dsiderabilius atq̃ iocũdius. Nihil. n. i creaturis inueniũt qd possit eos a fonte diue dulcedis auertere. Tenẽdũ ẽ itaq̃ q boni ãgeli ex libertate arbitrij ad deũ ɔuersi stati fuerũt p grãз et gliã in volũ// tate ɔfirmati fideles ac felices effecti. at q in rõne illustrati. vt nõ solũ cognosce rent res in ppio gñe. sed etiam in arte. hoc ẽ in vbo. filius. n. dr ẽe ars pris per q̃ opat. Acceperũt aũt in se pfectionẽ i vtute opatiua. siue exequãt illã assum pto corpe. siue alias atq̃ pfectionem in virtute contemplatiua qua quocunq̃ mittantur intra deum currunt.

¶ De custodia ãgelorũ. Cap. 18.

Angeli nobis ad custodiã depu// tati tenẽt nos stãtes ne cadamus et cadẽtes nos adiuuãt vt surga mus. nec vnq̃ nos deserũt ẽt peccãtes qn sint semp parati auxiliari si volumus. Hoc tñ fallit in obstinatis a quorũ custo dia desistit angelus actualr. paratus ẽ tñ custodire si redire voluerit. q nũq̃ dese//

ris bõ ex toto ab ãgelo. Nota q xps ha/ buit deputatũ sibi ãgelũ. Sic ꝛ hẽbit anti christus quem licet pp nimiam obstina/ tionem suã nõ sit habiturus pmotionẽ. hẽbit tñ ad accusatiões. Effectus autẽ angelice custodie multiplex est. Primꝰ est impedimẽta boniꝰ ꝛ occasiones mali ꝛ actiones peccandi remouere Exodi. Mittam angelũ pcursorez q eijciat Je buseuz. Scõs est tentationes mitigare. Dan. 3. Angelus dñi descendit in for/ nacez ꝛc. Tertius est ꝯ hostes visibiles adiuuare. 4. Reg. Helisęꝰ vidit castra angelorꝫ. Quartus est orationes nr̃as ꝛ elemosynas deo pñtare. ꝛ p nobis ora re. Thobie. 12. Qñ orabis cum lachry/ mis ꝛc. Quintus est viã ondere. Tho/ bie. 5. Ego sanum ducã ꝛ reducam ꝛc. Sextus est in ãgẽdis docere. Zacha. 2. De angelo qui instruxit eum de fabris. Septimus est seipm ꝛ alia secreta reue lare. Thobie. 12. Ego sum raphael an/ gelus. Octauꝰ est a pctis excitare. Ac/ tuũ. Surge velociter. Nonus est ad fer uorem excitare. 3. Reg. 19. Surge co/ mede. grandis. n. tibi restat via. Deci/ mus est consolari. Thobie. 5. Forti aio esto. in primo est vt adeo cureris. Un/ decimus est de pctis icrepare. Judith. Dixit angelus pplo israel. Cur contra deum fecistis. Duodecimus est ꝯtrari/ as potestates arcere. ne tñ nocere vale ant ꝙtum velint. Thobie. 8. Qualiter angelus asmodeũ ligauit. Angeli serui unt nobis pter tria. s. pter ruine sue reparationẽ. qꝛ hoies saluandi itrabũt in locum cadentiuz angelorꝫ. Jtẽ pter meriti accidentalis cumulatiõnẽ qđ au get in eis vsq3 ad diem iudicij. Jtem p/ pter amoris erga nos demonstrationẽ. Diony. Attribuit angelo tres actus. s. purgare illuminare ꝛ pficere. Purgãt itaq3 angeli remouẽdo fantasmata que impediunt illuminationẽ quã angelus intẽdit facere in nobis. Qñ tria remo/ uent ab aĩa. s. ignorantiã ꝛ nubila fanta siarũ ac falsas opiniones phicaꝝ rõnuz reuelationi ꝯriaꝝ. Illuminãt vero ani/ maz triplr ad sensum. vt p3 qñ aliquid manifestat in assumpto corpore: ꝛ hanc ptãtem h3 etiaz diabolus. Jtem ad itel lectuz. ꝛ talis illuminatio solũ perfecta est. Notandũ aũt q angelus non illumi nat intellectũ efficiendo nouã cognitiõ nẽ in aĩa. qꝛ non põt intellectui nouam spẽz creare nec habitũ noui luminis crea re vel excitare. s3 nec eius intentionem quo vult ꝯuertere põt. qꝛ hoc est ꝯ natu raz liberi arbitrij. Dec. n. tria reqrunt vt intellectus nr̃ intelligat aliqd. s. spẽs qua cognoscat. ꝛ lumen in quo cogno/ scat. ꝛ intentio qua ꝯuertat se itellectus sup spẽm. illuminat aũt angelus intelle ctum nr̃m excitãdo ꝛ disponendo ꝛ lu/ men diuinũ in nobis trãsferendo. Facit enĩ vt dcũ est in fantasia trãsmutatiões spẽꝝ cõponendo ꝛ diuidendo bm exigẽ/ tiaz rei quã vult reuelare. Jtẽ irradiat lumẽ itellectus sui sup illas spẽs vt mo ueant intellectuz nr̃m. ꝛ sic plura ꝛ sub tiliora videre possunt in lumine dupli cato. item excitat intẽtionez aĩe aliquo motu vt ipsa cõuertat se sup illã fantas/ mata. abstrahẽdo se ab alijs. Proficiũt aũt. i. pmouent ad melius. Sed vtruz angelus accendere possit affectũ huma num tripliciter potest intelligi. s. effici/ endo vel mouendo vel excitando: ꝛ ad iuuando. Primo modo solus deus põt inflãmare affectum. s. per effectũ. Se/ cundo modo ipm desideratũ inflãmat. s. excitando ꝛ iuuãdo. Tertio modo po test angelus affectũ nostrũ incendere p motum. De his habemus exẽplum in naturis: qꝛ prio ignis accẽdit ligna. Se cũdo mõ ligna icendũt ignez. Et tertio q ligna igni apponit incendit ignẽ. Dif/ ferentia est iter mittere cogitationem ꝛ

incēdere. ⁊ mentē illuminare. qꝛ cogitatiōes īmittere est vt dicit Beda intus creare ⁊ facere cogitationē. ſʒ incēdere est cogitationem iā factā inflāmare. Illuminare vero est dare reuelationē de aliquo occulto intelligibili.

¶ De locutione angeloꝛū. Cap. 19.

Verbū triplex est. ſ. mētis oris et opis. vbo mētis loqtur deꝰ ꝯgelo. ⁊ ꝯtrio. itē deꝰ aīe: ⁊ econuerſo. itē deꝰ diabolo ⁊ ecōuerſo. cuiꝰ tñ itētio deū latere nō pōt. vbo aūt oris logſ hō hoī corpe vnito aīe. Angelus vo hoī corpe aſſūpto. ſʒ vbo opis loqtur deꝰ diabolo: ⁊ angelus diabolo. De locutione itaqʒ angeloꝝ. nota ꝙ āgelus loqtur dō cū ex viſis in motū admiratōis exurgit vł cū affectꝰ ſuos ei pūtat. quos tñ eū latere mīme dubitat. Angelus vo loqtur angelo vbo mētis ſuę. ſpēs oūdēdo mediāte illumiātiōe qdā ſpūali irradiante ab ipō. Itē angelus facit qd corā angelo. quo ſcō itelligit qō non intelligebat. Et ſic loquunſ oēs oībus. ſ. maiores īferioꝛibꝰ ⁊ ecōuerſo. Itē loqtur angelus angelo p cōicationē diui luminis ipſuʒ inſtruēdo: ſic nō loquunſ oēs oībus nec oīa. ſʒ tñ ſupiores inferioꝛibus de his q̄ p dīnas theophonias pcepūnt. Loqtur aūt angelus hoī dupl'r. pmo mō vbo vocali in aſſumpto corpe. ſʒ tūc ſicut nō pfert ſonū in organis nālibus ſm nām. ita nec circul'r īmutat medium quēadmodū in voce nāli. vū non audiſ niſi ab illo ad quē oꝛdīaſ. ⁊ ſic eſt in apparitionibus angeloꝝ quos qdaʒ vident. ⁊ alij eque ppinq nō vidēt. vt apparet in Heliſeo ⁊ puero eiꝰ. Dicūt tñ aliq ꝙ angelus nūqʒ appet vel appuit. aut logſ hoī in ſbiecta creatura. ſʒ intētionē ſiue ſilitudinē imponit in oculo eiꝰ vel intētōēʒ vocis ponit in aura eiꝰ. ⁊ ita recipit ſenſus cōis ſpēs illas. ac deīde ꝑueniūt ad imaginatiōeʒ. poſt hec ad itellectum. ⁊ hoc ē ꝙ angelus dꝛ appere vel loq hoī. Scdō mō loqtur angelus hoī p impſſionē reꝝ ſenſibiliū moto inſtro imaginis. ⁊ ſic loqtur vigilātibꝰ ⁊ doꝛmiētibꝰ. Itē loqtur angelus diabolo. ſpēs ſui itellectus ei ſine aliq̄ illuminatiōe oñdendo. Iteʒ loqtur diabolus hoī dupl'r. Pmo mō ſenſum īmutando. ⁊ hoc vel imaginatiōnē alicuiꝰ rei impmendo inſtro viſus. vel obyciēdo viſui ſilitudinē alicuius rei. Scdō mō loqtur diabolus hoī p impſſionē reꝝ ſenſibiliū in inſtro imaginis. ⁊ hoc facit. qūqʒ vigilātibꝰ. qūqʒ doꝛmiētibꝰ. ⁊ ſic īmittit cogitatiōeʒ mali. cogitatōeʒ malā nō pōt īmittere que nō mala ſit p ꝯſenſuʒ. Eſt ⁊ locutio aīarū. qꝛ aīa loqtur dō p deſideriū cuiꝰ affectiōes nude ſunt ⁊ apte oculis dei. Aīa ſil'r āgelo loqtur. ſʒ hoc p voces corpis q̄s hū pcipit angelus ſicut ⁊ alia ſenſibilia. vū exīns aīa in corpe alia ſpāli ptāte loquēdi ad angelos nō īdiget. ſʒ hāc habebit exuta a corpe. Itē aīa loqtur diabolo. qꝛ ſimilitudines affectionū imprimunſ ſenſibus vbi diabolus legit eas.

¶ De ſpecialibus nominibus angelorum. Cap. 20.

De Michael Gabriel Raphael nolbꝰ. ſciēdū eſt ꝙ hec ſunt ꝓpria nola archāgeloꝝ. ſʒ eoꝝ interꝑtationes ꝯuenīūt excellētius. Michael interꝑtaſ qs vt deꝰ. Hic eſt de oꝛdine ꝑncipatuū ⁊ attribuunſ ei q̄tuoꝛ. ſ. eſſe ꝑpoſitū paradiſi. i. eccl'ie. ſicut ⁊ olī fuit ꝑnceps ſynagoge. iteʒ deferre aīas in paradiſuʒ. ſʒ hoc intellige ꝙ glioſius deferat q̄ʒ alij. itē pugnare cū dracōe. i. diabolo ſicut legiſ in Apo. itē venire in adiutoꝛiuʒ ppl'o dei. Gabriel interꝑtaſ foꝛtitudo dei. Hic eſt de oꝛdie archāgeloꝝ ⁊ merito. qꝛ magna nunciauit. Raphael interꝑtaſ medicina dei ⁊ de oꝛdine angeloꝝ eſt. q vnā pſonaʒ cuſtodiūt.

¶ De caſu angeli. Cap. 21.

Omnes angelos fecit de⁹ bonos non tñ summos: sȝ medios inter sūmū bonū ⁊ bonum cōmutabile qđ est creatura. ita ꝙ si ꝯuerterētur ad amādū deū q supra se erat ascēderēt ad statū grē ⁊ glie. Si vo ꝯuerterent ad bonū cōmutabile qđ fuit īfra se hoc ipso irruerent in malū culpe ⁊ pene. qꝛ nō est dedecus pcti sine decore iusticie.

C De speciali casu. Cap. 22.

Casus diaboli duplex fuit. s. spūalis ⁊ localis. Spūalis. qꝛ cecidit de nāe puritate. de flexibilitate liberi arbitrij ad cōmutabile bonū. ꝺ luce in tenebras. de scia ad ignorantiā. de inocētia ad culpā. de felicitate ad penā de dilectiōe in odiū. Post casuȝ. n. factus est īpotēs ⁊ obstiatus in malo ⁊ excecatus a vo. ⁊ de ordiatus in bono. ⁊ īfirmatus in vtute. ⁊ exclusus a dei ꝯtēplatiōe. Preterea volūtas ei⁹ ipsa ꝯuersa est ad hoīs odiū ⁊ iuidiā. vñ toto cōamie nitit ad ei⁹ ībuersiōnē p tētatiōeȝ multiplicē.

C De locali casu. Cap. 23.

Casus ēt diaboli localis fuit qꝛ vel in īfernū vl' in caliginosū aereȝ q est in medio terrestri ⁊ aeris corruit. Demōes. n. nō sunt in supiori pte aeris ne lumie gaudeāt nec sūt in pte īferiori ne nimis ꝯ nos seuiāt. vñ notādū ē ꝙ in demonib⁹ est tria ꝯsiderare s. nām offiñ. ⁊ pctm. Et nāe qdē ꝯuenit loc⁹ sūm⁹. i. celū ī quo tāqȝ ī loco ꝯgruo sūt creati. ⁊ post modū in nā ꝯ ītetissent pficiēdi. Offō vo qđ hñt exercēdi hoīes ꝯuenit loc⁹ medi⁹. i. aer caliginosus vbi ⁊ sattis ppinq sūt nobis ad tētandū. ⁊ tñ nō hñt lumē ad gaudēdū. Sȝ pctō ꝯuenit loc⁹ īfim⁹. s. īfern⁹. Vñ ⁊ demōes p⁹ finē mūdi qñ cessabit eoꝝ offiñ detrudētur sil' in īfernū. Dicunt qdā ꝙ angelus cecidit scđa die. Sȝ cōior est opio ꝙ prima die sbito p⁹ creatiōeȝ suā ceciderit. Dr̄ cōiter ꝙ decim⁹ chorus angeloꝝ cecidit. sȝ hoc nō dr̄ qꝛ decē ordīes angelorū fuerunt. sȝ ꝙ tot de singulis ordinib⁹ ceciderūt ꝙ poterāt facere choꝝ vnuȝ Nouem ordīes angeloꝝ sunt. quilibet ordo hȝ suas legiones. Legio aūt angeloꝝ hȝ. 6666. vnitates. Tot autem in singulis ordinibus sūt legiones quot in legione sunt vnitates.

C De restauratiōe ruine. Cap. 24.

Angeloꝝ ruina restaurabit p saluādos. Dicit āt Aug. ꝙ tot saluabūt hoīes qđ āgeli ceciderūt. Gre. vero dicit ꝙ tot hoīes saluabunt qđ āgeli pstiterūt. Dixerūt ēt qdā ꝙ duo parietes erūt in celo. s. vn⁹ hoiuȝ ⁊ alt⁹ angeloꝝ ⁊ ꝙ ruina āgelica rēstaurabit p virgines. ⁊ ꝺ alio pariete tot sunt saluandi qđ in alio pariete sunt vgines ⁊ angeli.

C Cur pctm̄ diaboli sit irremissibile. c. 25.

Quare pctm̄ diaboli sit irremissibile assignāt plurime rōes. Prima hȝ Aug. nullo suggerēte peccauit. ⁊ iō nullo repante redibit. Scđa ē hȝ Dama. qꝛ ꝯ deiformē itellectū. peccauit. Quāto āt nobilior ē cognitio tāto peior est error. Seru⁹. n. sciēs volūtatē dñi ⁊c̄. Tertia hȝ eūdē Dama. est qꝛ āgel⁹ nō ē susceptibilis penitētie. vñ nec venie. Quarta est qꝛ in diabolo extīcta est sinderesis quātū ad boni ꝓmotionē. Quīta est qꝛ nā spūalis semel tm̄ vertibilis est eo ꝙ tota se ꝯuertat. qđ non fac hō qꝛ caro sp repugnat spūi. Stat⁹ āt angeli mali triplex est vt patē potuit ex ꝑdictis. Prim⁹ scilicet nocentie. Secūdus culpe. Tertius pene ⁊ miserie.

C De ꝓprietatib⁹ demonū. Cap. 26.

Demones āt sunt spūs īpuri. humani generis inimici mēte rōnales. in neqtia sbtiles. cupidi nocēdi. p superbiā tumidi. semp in fraude noui iīmutāt sensus. ingnant affectus. vigilātes turbāt. dormientes per somnia ingetāt. morbos ꝯferūt. tēpesta

tes cócitant.in lucis angelos se trāsfor māt. Semp īfernū suū secū portāt in idolis diuinū offīn sibi vsurpāt sup bonos dñari appetūt.magice artes p eos fiunt.bonis ad exercitiū dant. semp siue bois insidiant. Triplici acumine vigent demones. Primo subtilitate nāe ꝛ h per cognitioné vespertinā. Secundo expientia tépoꝝ. Tertio reuelatōe superiorū spirituū. Primo modo itelligūt nālia pñtia. Scdo mō futura naturalia. Tertio mō cognoscūt volūtaria. Multiplicit vero diabolus noiat per qd ꝛ ppzietates sue cognoscunt. Vocatur.n.diabolus.qd interpťat defluens. qz defluit.i.corruit spiritualiter. ꝛ localiter sicut dictū est grece iterpretat dia bolus clausus ergastulō ꝛ hoc sibi puenit.qz nō pmittit tñ nocere quātū vellet. Preterea fm ethimologiā diabolus dr a dia qd est duo ꝛ bolus quod est morselus.qz duo occidit.s.corp⁹ ꝛ animā. Jtez vocat demon.i. sanguine⁹. ꝛ hocpter pctm.vel sciens.qz viget triplici scia sicut dcm est. Jtez Bellial qd interpťat absqz iugo. vel absqz dño. qz p posse cōtra eū pugnat cū deberet esse subiectus. Jté Belzebub qd iterpretatur vir muscarū.i.aiaꝝ peccatricium. qz relinquūt verū sponsum xpm. Jtez Sathanas.i.aduersarius. vñ Pe. Aduersari⁹ vester diabolus ꝛc. Jté Behemoth.i.bestia qz facit hoies bestiales. Jtem leuiathan.i.additamentū eoꝝ qui peccata peccatis cumulant.

¶ De malitia diaboli ꝯ nos. ca. 27.

Diabolus nocet hoi mltiplr. qz p violentiaz.ꝛ hoc qñqz exteri⁹ corp⁹ ledēdo sicut fecit iob .qñqz itra mēbra ledendo sicut in obsessis. ꝛ pp h dat puulis angelus bon⁹ ne diabolus in his ledat eos ꝛ excedat. Jtem nocet per ipressioné imaginū mala suggerendo vel p cōmotionez sanguis ad pctm accedēdo.vel sensus exterioreꝭ p obiectiōēz falsaꝝ sciaꝝ decipiendo. De his ꝛ silib⁹ dicit Gre. Aut opprimēdo rapit.aut īsidiādo circūuolat. aut suadendo blandit.aut minādo terret. aut desperādo frāgit.aut pmittēdo dcipit. Diabolus decipit hoies qtuor modis. Primo suadendo bonū.ꝛ h pp malū vt cū hoi instabili suadet ingressū religionis.ꝛ hoc vt postmodū apostatet. Scdo mō suadendo malum.ꝛ hoc sub spē boni.vt piurare pro reb⁹ alteri⁹ obseruādis. Tertio mō dissuadēdo bonū tanqz nociuū vt cū dissuadet bono viro religionis igressum.ne de hoc peniteat ꝛ egrediens ꝯfundatur. Vel qñ dissuadet alicui orationē vel elemosynā. ne per hoc icurrat vanā gloriā. Quarto dissuadēdo malū vt ducat ad peius. vt qñ dissuadet tēperantiam in victu ꝛ somno. vt p hoc iducat ad idiscretā abstinentiā qd peius est. Jmpedit diabolus in effectu sue malitie multis modis scz qñqz per terminū sue potestati a dō īpositū. Jtē qñqz per resistentiā bonoꝝ spirituū. Habet eni quelibet aīa duos angelos. vnū bonū ad custodiam. aliū malū ad exercitiū. Jtē per arbitriū hominis nō ꝯsentientis. Jtez per peccati abominationē:quia qnādoqz demōes nobilioris nature peccata vilia detestātur. Jtem pter cautelā omittit facere mala vt peius fiat sicut inō non vexat excōmunicatos vt min⁹ timeant tales sententias. Vtrū virtus tentatiōis minuat in diabolo quando vincit diuerse sunt opiniones. Dicūt eni qdā q superat⁹ in vno vitio ipm victoré nō possit amplius tētare de eodē vitio.sed alius diabolus pōt. Alij dicunt q superatus de vno vitio nullum de illo vitia possit ampli⁹tētare decetero. Data est ptās dmonib⁹exercēdi magicas artes multiplici rōne. Primo ad fallēdū fallaces si

cum egyptios et ipsos magos. Unde etiam quod ipsi per talem modum acturi sunt quasi coincando predicunt ut ibi. Cresus perdet alium transiectus maxima regna. Secundo ad monendum fideles ne scilicet tale quid pro magno desiderent. cum videant etiam malos facere huiusmodi. Tertio ad probandam et exercendam patientiam et fidem istorum.

De lucifero. Cap. 28.

De lucifero sciendum est quod fuit de supremo ordine superioris hierarchie. ac in illo ordine supremum gradum tenuit. cui tanquam principi de singulis ordinibus magna multitudo adhesit. quos omnes secum traxit. dictus est lucifer. quia preceteris luxit. sueque pulchritudinis consideratio eum excecavit. Primum hominem temptavit et vicit. Secundum temptavit. et victus est. Potestatem tunc amisit quam ultimis temporibus recuperabit. nunc religatus est. et in fine solvetur. Peccatum luciferi fuit quod se et suum bonum privatum dilexit. excecatus de altitudine habita presumpsit. ac propriam excellentiam abusus est. quasi habiturus fuerit a se. non ab alio. et sine meritis habere voluit. stare vel sperare cum posset quousque gratia apponeretur. noluit. dei similitudinem concupivit. non quidem causa imitationis. sed potentie idest subditos habere voluit et nulli subiectus esse concupivit.

Quid sit anima secundum diffinitiones. Cap. 29.

Post naturam corpoream et incorpoream donum est de natura ex utrisque composita. Sed primo ex parte mentis. secundo ex parte corporis. tertio ex parte totius hominis. De anima igitur videndum est quid sit secundum diffinitiones. Porro a quibusdam diffinitur ut spiritus. a quibusdam ut anima. a quibusdam vero ut spiritus et anima. Inquantum igitur anima naturam habet spiritus diffinitur ab Alexandro in libro de motu cordis. ab Augustino sic. Anima est substantia incorporea intellectualis illuminationis capax ultima revelatione perceptiva: ultima dico quia mediantibus angelis percipit. Ex hac diffinitione cognoscimus quod spiritus humanus qui est anima inter omnes creaturas post angelos immediate illuminationis divine sit perceptiva. Anima vero inquantum anima sic diffinitur a Remigio. Anima est substantia incorporea regens corpus. Ex hac diffinitione habemus quod anima sit corporis rector et motor. Item anima inquantum anima diffinitur a philosopho in libro de anima sic. Anima est endelechia. idest actus corporis physici organici potentialiter vitam habentis. Endelechia formam vel actus significat et dicitur hic actus primus sive perfectio. Ex hac diffinitione habemus quod anima unibilis est corpori non omni sed solo organico et physico. idest nulli ad susceptionem anime rationalis disposito. Item anima inquantum est spiritus. et anima sic diffinitur ab Augustino. Anima est omnium similitudo. Hec diffinitio data est per comparationem anime ad creaturas. Anima enim ex sui natura ad suscipiendas omnium rerum tam corporalium quam spiritualium similitudines apta est. Sed sciendum est quod quedam intelligi habent per opposita. ut tenebre per privationem lucis in corporalia per corporalia. et sic dicitur suscipere anima spiritualiter rerum similitudines. Item descriptio talis est. Anima est deiforme spiraculum vite. Hec descriptio datur secundum quod anima comparatur ad deum. prout non ex traduce vel seminali ratione propagatur: sed a deo corpori creando infunditur. et infundendo creatur. Item Seneca sic diffinit animam. Anima est spiritus intellectualis ad beatitudinem in se et in corpore ordinatus. Hec diffinitio est in revelatione anime ad finem secundum quod non solum separata beatificatur in se sicut angelus. immo in corpore glorificato ipsi beatitudo ampliatur.

Quid sit anima secundum rem. Cap. 30.

Quid sit anima secundum rem diversas videntur sententias philosophi protulisse. Plato enim dicit animam numerum seipsum moventem. Aristoteles endelechiam. Pitagoras armoniam. Hippocrates spiritum tenuem. Rabanus lucem. Democritus spiritum ex athomis

cōpositū. Aeconomi⁹ hypereus igneū vigorē. Parmenides dicit eā de terra ⁊ igne esse. Epicur⁹ aūt ex aere ⁊ igne. Inter has diuersitates nō sequimur dicta scōrum ⁊ catholicoꝝ magistroꝝ dicentiū ꝙ aīa est sūba spūalis ⁊ rōnalis ad viuificādū corp⁹ humanū de nihilo creata. Creata est in q̄ꝫ aīa pfectibilis. ⁊ imꝑfecta q̄ꝫtū ad sciam ⁊ virtutes: pfectissima tn̄ est q̄ꝫtū ad potētias naturales. Et qꝛ incorpea est sensui nō est subiecta neqꝫ ꝫ dimensionē est extensiua. Quātitatē.n. hꝫ aīa vt dicit Aug. nō dimēsiuā. sed pt̄atiuā ⁊ v̄tualē. Et qꝛ simplex est aīa. ideo nec augmenti. nec detrimēti est susceptiua. qꝛ nec in corpe maiori maior. nec in minori minor repit̄ vt dicit Aug. Multitudo potētiaꝝ in aīa nō ponit maioritatem in anime natura. ꝫ multiplicem effectum. Aīa ēt est vita perpetua .s. per memoriā. intelligentiā ⁊ voluntatem ad imaginem dei facta capax virtutis ⁊ vitij: susceptibilis pene vel p̄mij arbitrio libera. potentijs ⁊ habitibus ⁊ affectionibus decorata. caret pōdere. ⁊ figura ⁊ calore passibilis ⁊ mutabilis est eo magna ē q̄ capax est eternitatis. eo recta q̄ naturaliter appetēs est bōitatis. eo bōa q̄ particeps ē diuinitatis.

C Quid sit aīa ꝑ in nomē. Cap. 31.

